Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26228
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Inuito autem epo clericum eius a nullo esse suscipiendum.
auctoritate leonis pp ostendit quia ait. alienum clericum. Jc.
Canonicos autem et regulares ad monasterium Q. iii.
transire. auctoritate leonis. et Urbani pp. et educensis concilii
prohibetur. nisi cum patris sui licentia religionis propositum indu
Qualiter clerici siue Causa xx. Verint
regulares canonici in monasteriis sint recipiendi.
superiori causa ostensum est. de illis autem qui a paren
tibus in puericia oblati sunt. an liberam facultatem discedendi
habeant. cum ad discretionis annos peruenerint. ostendere uult.
quorum tale negotium ponit. Duo puericie annos agentes. Jc.
In hoc negotio iiii. formantur questiones. Q. i.
quarum prima est. si in puericie annis traditi cogantur religionis
propositum tenere. qui inter annos puericie traditi. cum adulti fuerint
discedendi vel manendi liberum arbitrium habuerint. auctoritate
none synodi uidetur probari in qua legitur. firma. Jc. Item leo pp.
Puelle que parentum re. Jc. Sed auctoritas viii. synodi. de
professione illa agit. que in annis puericie proprio arbitrio de
offertur. quia non confirmat parentum consensus. illa uero leonis. de
nubili puella intelligitur. cuius post xii. annum liberum est ar
bitrium. nec in electione propositi. cogitur sequi parentum imperium.
Illa quoque Marcelli de illis minoribus intelligenda est. qui non
a parentibus. sed a tutoribus. et curatoribus oblati sunt. quibus liberum
arbitrium in anno xv. manendi vel discedendi concedit. Certum
quem mater et pater infra annos infantie sub regulari
tradidere disciplina. a religioso proposito. ut bb. ysidorus.